

cap. Raynatus, 1. part. numero 272. Clarum, in §. testamentum, quest. 74. Matricam lib. 4. titul. 12. num. 7. & latus Andream Facheum 1.4. controversial. cap. 15. Burgos de Paz, l. 3. Tauri, numero 863. Matienzo in dict. 1.1. titul. 4. lib. 5. gloss. 10. numero 48. Molinam de justit. tom. 1. disputatione 155. ex num. 16. ubi varias opiniones refertur, quid in foro conscientie dicendum: mihi sane probabilior videtur opinio afferens, quod non obstante prohibitione testatoris, talis haeres omnia bona consequetur, ut optimè probat Richard. supra & in relatione ad titul. ff. de acquir. hered. c. 3. o. n. 30. De tanta hac materia heredis instituti in re certa, videnda sunt quae nostra Gomezius docet infra, c. 10. num. 8. & seqq. ubi etiam alia adiciemus.

Ibi: *Quod singulariter intellige, &c.*

27 Eadem limitationem nempe heredem institutum in re certa ita esse loco hereditis universalis, si per verbum directum sit relatus, secus si verbo obliquo, Relinquo, Leggo, &c. tenent multi Doctores, ut videri potest per Suarez in leg. quoniam in prioribus, quest. 7. in declaratio ne legis Regni, numero 2. ubi ejus Addicionator Joannes Valdesius concludit, quod verbum, Relinquo, adjectum hereditati, significat iustificationem, adiectum vero rei particulari, significat praegatum, ad hoc multos referens, & Menochius, consilio 344. numero 35. & de presumptionibus, presumpt. 141. numero 14. lib. 4. Valacus, consultatione 165. numero 4. Clarus, §. testamentum, quest. 38. numero 10. Tuscius littera, D. conclus. 62. Gregorius in leg. 6. titul. 3. partia 6. gloss. 9. Alvarado de conjecturata mente defuncti, lib. 1. cap. 3. §. 1. num. 5. & 6. Spino in speculo testamenti, gloss. 17. principali, num. 37. & 8. qui contra Abbatem ampliat, etiam verbum, Relinquo, referatur ad filium, quod sic docent Costa, Covarruvias, Benedictus, & Suarez ab eo relati; Matienzo in l. 1. dict. tit. 4. lib. 5. gloss. 10. num. 62. vide etiam Augustinus Barbosa, in tract. de diction. verb. Relinquo, & in tract. de clausulis, clausula 95. num. 33. ubi quod importat institutionem si adiutoria clausula, meliori modo &c. Et vide etiam Merlinum de legitima, l. 5. tit. 2. q. 2. n. 7.

28 Solet præterea controverti an verbum, Leggo, adjectum universitatibus bonorum inducat institutionem? In qua questione aliqui tenerunt induci institutionem prout sunt Guillermus Benedictus in cap. Raynatus, verb. Reliquit, numero 3. Gregorius Lopez in leg. 14. titul. 3. parv. 6. verb. Todos los bienes, Cevallos quest. 214. num. 3. qui latè disputat: Fusarius de substit. tit. de Compend. quest. 247. Alij vero contrariant sententiam probarunt, ut sunt Covarruv. in d. cap. Raynatus, §. 1. n. 5. & eum & alios referens Spino in specul. dict. gloss. 17. n. 39. & 49. ubi responderit ad textum in cap. Raynald. de testamen. Matienzo in lib. 1. dict. tit. 4. lib. 5. gloss. 14. num. 85. & 86. Azeved. ibid. num. 167. Et quod hoc verbum adjectum hereditati, importet fideicommissum universale, sive aliud sit haeres institutus, sive non, cum sit verbum obliquum, tenet Grassius de Succession. §. institutio, quest. 15. n. 2. & seqq. & Spino ubi supra, & alij per eum relati.

Quid autem si testator usus est verbo obliquo, vel communi, juncto verbo directo, ut si dixit: *Jure institutionis relinquo, vel lego centum.* Vide Menochium de presumpt. presumpt. 20. numero 6. lib. 4.

De Substitutione vulgari. Cap. III. 33

- 11 *In substitutione pupillari coartata, an continetur vulgaris.*
 12 *Substitutio, que comprehenditur sub compendiosa, vel breviologa, est expressa.*
 13 *Sub expressa pupillari comprehenditur tacita vulgaris.*
 14 *Substitutio vulgaris quos effectus habeat.*
 15 *An substitutio vulgaris, facta a patre filio retento in potestate, tollat suistatem.*
 16 *Intelligitur texius in l. filius qui se paterna, ff. acquirend. hered.*
 17 *Substitutio vulgaris an possit fieri in legitima.*
 18 *Substitutio vulgaris licet non teneatur in legitima, fieri tamen potest in aliis bonis, quia filio ultra legitimam relinquuntur.*
 19 *Filius potest esse pro parte suis, & pro parte extraneis, & qualiter hoc intelligatur.*
 20 *Filius suis heres patris, an possit usucare pro herede.*
 21 *Filius familiæ, an possit emancipari ad unicam dimittaxit astam.*
 22 *Substitutio vulgaris seu pupillaris, an possit fieri in melioratione, quia sit filio in tertio bonorum.*
 23 *An possit in conditione substitutionis, censetur tacite institutus.*
 24 *Substitutio vulgaris facta in testamento nullo, ex causa præterisionis filii, an sustineatur dispositione texius in auth. ex ea, Cod. de lib. præter. vel exhaled.*
 25 *Jus transmissionis ex capite juris deliberandi, vel sanguinis, an sit potentijs iure substitutio vulgaris.*
 26 *Jus accrescendi an sit potentijs iure substitutionis vulgaris, vel è contra.*
 27 *Si ille, qui vult succedere per jus accrescendi, sit persona valde conjuncta testatori, an prefector substitutio.*
 28 *Ponitur intellectus ad l. fin. C. de institut. & substitutio, sub condit. factis.*
 29 *Jus substitutionis vulgaris, an translat ad heredem.*
 30 *Substitutio vulgaris tacita, contenta in expressa pupillari adveniente puberte, expirat.*
 31 *An in substitutione pupillari expressa, & in validâ continuatur tacita vulgaris.*
 32 *Ponitur intellectus ad legem si mater, ff. de vulg. & pupil. substitutio.*
 33 *Substitutio vulgaris, an expirat per additionem hereditatis.*
 34 *An ille, qui potest venire ex pluribus substitutionibus, possit unam eligere, & aliam resipere.*
 35 *An si testator dedit substitutum vulgare pluribus hereditibus uno eorum repudiante, ad ejus partem admittatur substitutus, an vero alii cohæredae.*
- E
- ET quia suprà visum est de institutione universalis, sequitur videtur de substitutione, & ejus virtute, & effectu. Quia a est alta, subtilis, & quotidiana materia. Et inter omnes alias obtinet primatum, secundum omnes Doctores hic, præcipue Alberic. in nostra rubrica, 2. col. qui dicit, quod est sicut mare Anglicum, scilicet profunda & necessaria. Et refer Alexand. & Socin. in rubr. hujus tit. post Cumanum dixisse Bald. in voce, quod in hac materia lucratius fuit plusquam quindecim millia ducatorum, quam singulariter, & magistrilater resolvam tam de jure communis, quam regio.
- Ant. Gomezii Variarum Resol. Tom. I.*

² Substitutio pupillaris

³ Baldus

⁴ Baldus

⁵ textus

textus in l. 1. & §. si ex fundo, cod. tit. textus in l. quetiens, §. si duo cod. titul. textus in l. si quis ita heres insititus fuerit , cod. titul. textus in l. inerdum §. 1. codem titulo textus in §. hareditas, verific. & si unum ramen, insititu. cod. tit. cuius viva & subillis ratio potest esse, d quia heres representant defunctum , textus est in l. hareditas ff. de usucap. textus in l. heres quoque , ff. de acquirend. hered. cum similibus ; & si est tantum unicus heres representat eum in totum. Si verò sunt plures haredes, omnes simul representant defunctum , & quilibet pro sua parte , textus est id l. cum à matre , C. de rei vendicat. textus in l. 2. & per tot. C. de haredit. action. text. juncta Glossa ordinaria & communis opinio, in l. 2. §. fin. de prator. stipular. Item tali representatio debet esse uniformis, vel in totum ex testamento , vel in totum ab intestato, & non simul , partim ex una successione , partim ex alia , quia in una & eadem persona representata , darentur qualitates diversae , & repugnantes : quod esset absurdum , & impossibile : quia fictio imitatur naturam & illud quod est impossibile secundum naturam , est impossibile secundum fictionem , ut in l. Gallus , §. si ejus , ff. de liber. & posthum. & in l. 3. pro socio , & in l. qui ad certum , ff. locati & in l. si pater , ff. de adopt. & in §. minorem Insit. cod. tit. ergo sicut homo vivus non potest esse pro parte homo , & pro parte nec , nec potest in se habere diversas qualitates contrarias , & repugnantes , ut in l. si tibi ff. de adopt. ita defunctus per fictionem non potest diversimode , per qualitates diversas , & repugnantes representari ; & in expresso istam subtiliter , & mentalem rationem probat textus in regulas ius nostrum , ff. de regal. iur. ibi earumque rerum naturaliter inter se pugna est, ut tellatus , & intestatus quis sit , & volunt Bald. in l. unica. Cod. de indic. viduit. tollend. 1. col. in medio. Bart. in l. 1. ff. de acquire. hered. 3. col. & ibi Bald. Paul. Imol. Roman. Cuman. Ater. Alex. & Jas. ex quibus etiam infero , quod non potest testator aliquem instituire hoc pacto , quod in eum non transirent actiones activae & passive , & in terminis ita tenet Joan. de Imol. in l. ff. ita qui heres institutus fuerit ff. de b. red. institut. 2. co. umnia.

4. **Quatio
subtilis.** **lum, vel Titium insitum, & Merium substitutio,**
an sit vulgaris, vel pupillaris, vel fideicommissaria
substitutio? Et breviter dico quod vulgaris:
quia simpliciter fit, si non coligatur contrarium
ex verbis, & intentione defanci, argumento
textus in l. finali. Cod. de hered. insit. & ibi Bald.
ubi probatur, quod substitutio directa dubia
convertitur in vulgarem substitutionem, & ad
hoc notat & commendat ibi Bald. Salic. Alex.
Jafon cornues, & communiter DD. & reputat
unum Angel. ibi: & in expresso ita tenet Alberic.
in rubr. huius titul. 2.5 column. num. 5.4. in penult.
queſt. materia pupillaris substitutionis, quod in-
tellige, niſi ex qualitate perſone poſlit etiam
comprehendi pupillaris, ut fitellator insitutus fi-
lum ſuum impuberem heredem, & dicat: Fi-
lum meum insitum, & Merium substitutio, quia
erit vulgatis expreſſa in caſu non adiutoria
hereditatis, & pupillaris etiam expreſſa, in caſu quo
moriatur in pupillari ſtate, hereditate adiutoria:
sicut dicimus in reciproca, facta perfonis pari-
bus, cui utraque poſtet competerere, & in ex-
preſſo tenet Paulus de Caſtr. in l. precibus, de
impub. & alius 2. column. num. 1. idem Paul. in
l. fin. Cod. de hered. insit. Alexand. in l. 2. ipso

*titulo 9. col. n. 26. & idem Alexand. & in Ijam
hoc iure cod. tit. 2. col. num. 4.*

Item quarto, si testator dixit *In finis Titium hæredem, & finis locis esse hæres, restituam hereditatem Seio*: An sic substituto vulgaris, vel fideicommissaria? & videtur quod nulla valeat, quia talis dispositio continet repugnatiā, argumentum textus in *I. ubi repugnativa ff. de reg. jar.* quo probatur, nam ad essentiam, & validitatem vulgaris, oportet quod non sit hæres, & substitutus directe capiat sua propria autoritatem, & non per viam & modum restitutionis: ad essentiam verò, & validitatem fideicommissariae, per contrarium, oportet, quod sit hæres, & iura hæreditaria directè in eo residant, & alteri restituat & sit ei aptera repugnancia. Secundò videtur, quod sit fideicommissaria, quia ubi verba obliqua restitutionis ponuntur, semper inducunt fideicommissariam substitutionem, argumentum textus in *I. querebat ff. de milis, testame* textus in *I. cohæret, §. cum filia infra istos sit*, nec obstat, quod in nostro calo ponitur conditio, quod non sit hæres, & substituto fideicommissaria non habet locum nisi hereditate adita, ut in *I. & per iot. ff. ad Trebell.* in *I. non istam: & per iot. ed. tit.*, quia respondeo, quod cogitur adire de facto, & restituere, argumentum textus in *I. quis poterat, ff. ad Trebell.* & in *I. nam quod. §. qui compulsus eod. tit. & in terminis ita tenet Albert. in rubr. huius sit. 17. col. vii. sec. sed pone* post Guillel. & Rainer, quod allegat. Sed in ita subili, & notabilis questione ego teneo contrarium, in modo quod sit vulgaris: quia substituto dubia potius interpretatur vulgaris quam alia, textus est finalis in *I. fin. Cad. de infir.* Glossa etiam ordinaria in *I. verbis civitatis in isto sit in glfffin. in fin.* & ibi non communiter DD. & ito nostro casu, verbo *Restituit*, importabit restrictionem facti, non juris, argumentum textus in *I. inter omnes ff. qui facit d. co-* *I. ipsa infira testator confitit immmediata hereditate*

am, & ipsi tentator contra inimicorum haretatem
in substitutum, & in expressu ita tenet Bal-
dus in *l. humanitatis*, *Cade impub.* & *alii 11.* co-
lumn. *versic.* mirabile dictu Socin. in *l. 1.* de vul-
gar & pupillar. 18. col. *versic.* sed circa hoc avaro.
Alex. ubi reputat notabile in *verbis civilibus* in-
fra cod. *tit. 3.* *colun. 7.* idem Socin. in *secunda*, re-
petitione, vel additione, quam fecit in *rub. lujus*
tit. 3. *col. versic.* deinde circa illam questionem.
Item quarto, si testator dixit: *Instituo Tuum* 6
boredem; & si heres non fuerit *subfisus* sibi *Seium*,
an erit vulgaris? & videtur quod non, quia pre-
citat in forma, cum per vulgarem succedatur te-
tatori, & in bonis ejus, ut in *l. 1.* *versic. 1.* *infra isto*
titul. cuius verba sunt veluti: *Lucius heres esto,*
si mihi Lucius heres non erit, sive Seium mihi heres
esto, textus in *l. 6.* *1.* *Instituo* de *vulg. substitut.* *cum simili*. Secundu quia hoc casu videtur repugnante:
nam si institutus non fuerit heres, non habet
aliqua bona in quibus substitutus ei officiatur ha-
res, nee in bonis propriis non potest substituere,
ut in *l. fin.* *Cade hered.* *inst.* si vero institutus ve-
lit esse heres, substitutus non potest admetti, quia
debet conditio substitutionis. Item quia di-
recto post aditam hæreditatem non potuit substi-
tui, ut in *l. verbis civilibus*, *infra isto* *iz.* & in
l. post aditam, *C. de impub.* & *alii subfis.* Sed
hinc non obstantibus, teneo contrarium: in d
quod sit vulgaris, valida, & perfecta. Primi
quia ista videatur esse mens defuncti: nec obsta-
re debet, quod dixit, substitutu sibi, quia sen-
sus est ponere substitutum loco hæreditis instituti;
& confirmatur, quia substitutio directa, que

*Disposi-
tio conti-
nens re-
pugnan-
tiam in-
validam.*

De substitutione Vulgari. Cap. III. 35

non potest valere in sua forma iure directo, valet eo modo, & forma, qua valere potest, ut in l. fin. C. de heret. insit. & in l. Scavola, ff. ad Trebell. & in l. si quis pure, eod. tit. & in l. in coniunctionibus primam locum, sive hac scriptura, de condit. & demonstr. cum simil. Secundò & principaliter, quia sicut dictio (mini) non alterat virtutem, & effectum pupillaris substitutionis, ut in l. si ita scriptum, §. qui filio, ff. de bon. poss. secundam tab. ita codem modo dictio (fib.) non debet tollere, vel alterare virtutem & effectum vulgaris substitutionis, & in expedita istam aditan. C. de imprud. & alitis subfit. cum simil. & in effectum istam sententiam & resolutionem ponit Bartol. in ista l. 1. de vulgar. & pupil. & colum. num. 24. vers. item dubitatur, Angel. de Pert. in §. restituere, et 2. ejusdem legis 2. col. vers. subdit autem Bart. quod ego etiam sequor & amplector, licet Imol. in d. lib. 1. hujus tit. 3. col. & Alexand. 9. col. Iaf. 11. & Socin. in 30. teneant contrarium, in modo quod indistincte preferatur fideicommissarius, & possit cogere adire, licet fideicommissum non sit reperitum.

sententiam & conclusionem, tenet Alber. in nrbr. *huius* tit. 1.8. col. fin. *questio in materia subst. vulgaris*, quod dictum reputat unicum & non aliud *Jaf.* in l. *huius* tit. 3. col. num. 1. & licet *Jaf.* ibi reprobet & dicat, quod vitetur talis institutio: tamen sententia & conclusio Alber. est verissima, & tenenda, quam ultra cum supra bene fundavi, & idem tenet Ripa in lta. 1.7. col. 8. *quest. n. 42.*

Item quarto, si in uno eodemque testamento quis sit substitutus vulgariter, & per fidicommissum, qui substitutio valeat, vel an utique sit nulla, tanquam incompatibilis, & resolutio dico quod utraque valeat & tenet, & substitutus potest eligere ex qua velit admitti, adventione causa substitutionis, text. *Ex singulariis & unicas in I. Recusare, Titus, ffad T. B.* quem ad hoc no-

tar & commendat ibi Bart. Angel. Paul. Imol. & communiter Doctores, reputat singularem & unicum Angel. in prima, & substitutio : et secundo, infra isto titul. & i fatti, §. Juianus, ff. ad Trebel. tener exiam, & declarat Bart. in l. centario ; infra isto tit. i. column. & ibi communiter Doctor. Idem probat text. in l. s. qui, servos ff. de manu. test. & ibi Bart. & communiter Doctor. ex quo dicit Bart. in d. l. centenario, n. 38. quod si testator dixit, quod substituebat aliquem vulgariter , pupillariter , & per fidicemur- Item quarto , quot sunt species substitutionis vulgaris ? Et resolutio respondere , quod quartuor. Prima omnino expressa qua comprehendit utrumque caput , voluntatis & impotentie , generice vel particulariter : ut si testator dicat , Si Tertius non fuerit heres vel volueris esse heres , vel non posuerit esse heres , si heres Sejus; textus est in ista l. textus in l. cum proponat. C. de heredit. insti. text. in §. 3. de vulg. subf. text. in §. 3. Insti. de pupil. subf. & utrobius Doctores & in l. l. tis. §. 6. part.

Secunda et partim expresa, & partim tacita, ut quando unus tantum causus, vel caput exprimitur a testatore, ut si dicat: *Sit Titius noluerit esse heres*. Cetera, scilicet causae secundum etiam
solatio
testimoniis, ad hoc non sufficiunt.

item etiam iuxta predicta quero, si testator
dedit heredi substitutum vulgatum, & alium fi-
deicommissarium quis preferatur? verbi gratia;
si testator dicat: *Si Titius non fuerit heres sit ha-
res Scimus*, & *Titius heredem gravo hereditate
restituere Cao*, & forte Titius vult repudia-
re, & concurrant substituti, & vulgaris dicat,
debet admitti, & fideicommissarius dicat, de-
bet admitti; quia votum ipsam compellere adi-
re, & restituere, quis eorum debet admitti,
& preferri? in quo subtili & difficili articulo,
vera & communis doctrina, & resolutione est,
quod si heres institutus decadat in vita testato-
ris, vel post mortem ejus ante aditum hereditati-
onem, & compulsionem de adesto, & eo cau-
quo non potuit hereditas transmitti, tunc sine
dubio admittitur, & preferatur substitutus vul-
garis. Si vero heres institutus expresse repudiet,
& fideicommissum non est repetitum a substituto
vulgaris, tunc etiam admittetur & prefertur
substitutus vulgaris, ita probat text. in *l. s. pa-
tronii filius* §. *fin.* & ibi *Glossa* ordinaria & com-
muniiter DD. *ff. ad Trebell.* si vero fideicom-
missum est repetitum a substituto vulgaris, semper
preferetur fideicommissarius, ita probat text. in
l. facta §. *Iulianus ff. ad Trebell.* text. in *l. non
iustum*, *Cod. cod. iii.* Si vero heres institutus adi-
vit, exclusit substitutus vulgaris & admitti-
tur fideicommissarius argumento text. in *l. post
facta* §. *fin.* & ibi *Glossa* ordinaria & communi-
tate. Constat, quia dispositio facta in unum ca-
sum porrigit ad alium; in quem disponens
verisimiliter idem disposuerit, si de eo cogitaret,
text. est in *l. Titius* §. *Lucius ff. de lib. & postb.*
text. in *l. fin. C. postb. hered. instir.* text. in *l. fin. C.*
de instir. & subfin. text. in *l. agustini* §. *pen. de*

fundo instruſto, text. in l. cum avus, ff. de condit. & demon. text. ip. l. si extraneus ff. de condit. ob causam, text. in l. si cum dorem, ff. soluto matrimon. text. in l. 3. C. de inoffic. testam. Se istam fementiam & conclusionem principalem, quod substitutio vulgaris facta, & concepta in uno casu, contineat etiam alium, tenet Bart. in ista leg. 5. col. n. 14. & communiter Doctor, praepos. Alexand. 3. col. num. 13. Bald. in l. cum proponas, Cod. de hered. infit. pen. col. Albert. Rubric. huius tit. 11. column. num. 16. post Guillelmum, & antiquos: neque oblatus textus notabilis & subtilis i. p. aper. Severinam, ff. de condit. & demonfr. ubi haberur, quod si pater facit legatum, vel fideicommissum filie sua impuberi, ut nubat Elio Philippo agnatio suo: & si noluerit nubere, cundem fundum legavit ipsi Elio Philippo filio, mortuus in pupillari atate, antequam sit nubilis, non debetur legatum, vel fideicommissum prædicti Elio philippo: quia videatur defecta conditio, sub qua reliquit fuit, & sic probatur, quod casus voluntatis, non includit casum impotentiae: quia notabilitas respondet, quod ibi fuit facta substitutio vulgaris in peccatum, si nollet nubere, sed cum mortua sit in pupillari atate, antequam posset de jure nubere, etiam si velit, non fuit in culpa vel delicto, id est non debet privari legato, vel fideicommissum, argumento textus in l. aliud est frans ff. de verbis sign. ita tenet & resolvit Bart. in d. pater Severinam, in fin. & ibi Paul. Imol. Cumani, & communiter DD. & notabilitas Socini in ista leg. 113. num. 2. ubi plenò loquitur circa materiam, & declarationem illius legis. Ex quibus inferno aliqua notanda, & quotidiana. Primum est: quod si testator non habens filios, vel descendentes, instituit fratrem, vel alium consanguineum, vel extraneum heredem universalem, & si contingat premori vivo testatore, substituit sibi alium, si deceperit prius testator, supervixit heres institutus qui deceperit hereditatem non adira, substitutus admittitur, & excluditur successor ab intestato ipsius testatoris, quia substitutio vulgaris concepta in unum casum comprehendit alium sibi similem, & in terminis ita tenet Raph. Ful. in l. fin. C. de infit. & subst. 2. col. n. 2. ubi valde commendat, & dicit quod ita consuluit in queste de facto. Jaf. in ista l. 1. de vulg. & pup. col. n. 15. Socini 1. col. tertio lim. 1. a. Alexand. 4. col. num. 11. & videtur tenere Bart. & communiter DD. in l. si mater §. fin. infra isto tit. Joane Imol. in cap. Raynatus de testam. in materia vulgaris substitutionis. Et ista opinio est vera, communis, & tenenda, licet Angel. de Peru. in ista l. 1. §. substituere, num. 4. & in l. pater filium infra isto titulo tenet contrarium, dicens, quod sic consuluit Floretia. Secundo inferno, quod si testator instituit universalem heredem, & ei dedit substitutum vulgaris, & dixit, si talis substitutus vulgaris deceperit vivo testatore, vel vivo herede, substituit secundo loco alium, & prius substitutus supervivit post mortem testatoris & heredis, sed decedat ante aditam hereditatem, secundus substitutus debet agmintri ad hereditatem, virtute substitutionis, quia licet sit concepta in unum casum, extendit ad alium, ita tenet Joan. de Imol. in d. cap. Raynatus, de testam. in materia vulgaris substitutionis. Alexand. in ista lib. 14. col. num. 11. Jaf. 5. col. n. 2. Tertiò inferno, quod si testator instituit Titum heredem, & dixit, quod si filio tempore non vivat, nec sit in rerum natura, substituit Sejum, & si Titus heres vivat, & supervivat post mortem testatoris, tamen repudiavit hereditatem vel ex aliqua

alia causa vel incapacitate non sit heres, admittitur substitutus. Ita tenet Ludov. Roman. in consilio suis, confit. 6. 5. quem refert, & sequitur Jas. in ista l. 1. 5. column. num. 3. 5. licet corruptè alleget. Nota. 4.

Quartò inferno, quod si filius impubes, sit institutus a patre, si Titus sit ei substitutus pupillariter, & si Titus decedat, vivo testatore substitutus Seius pupillariter, & postea Titus decedat testatore mortuo, filio impubere vivente, & talis filius impubes postea decedat in pupillari atate, admittitur Seius ex substitutione pupillariter, ita tenet Socini. in ista l. de vulg. & pupl. 15. column. vers. ex quibus patet, licet contrarium velit Ang. in l. quardiu. la ultima, ff. de acquir. hereditate, fin. Nota 5.

column. & quæstio. Quinquè inferno, quod substitutio vulgaris facta, & concepta in uno tantum casu particulari, & individuo, continet pupillarem tacitam, ut si testator dicat, si filius meus posthumus non nascatur, sit heres talis, & posthumus nascatur: & adeat, vel se immisceat & decedat infra pubertatem, admittitur substitutus ex pupillari substitutione tacita, text. est singularis & unicuis in l. fin. C. de infit. & substitut. quem ibi ad hoc reputat singulararem & unicum Bart. 1. column. Bald. 2. col. num. 4. Paul. 1. column. num. 2. & communiter Moderni. Sextò inferno, quod si substitutio vulgaris, facta & concepta in uno tantum casu particulari, & individuo, continet in se pupillarem tacitam sicut generice facta. Unde si testator dicat, si filius meus jam natus, me vivo, moriar, talem substitutio, & filius decedat post mortem patris intra pupillarem atatem, admittitur substitutus ex tacita pupillari, vel si dicat, si filius meus nolit esse heres, sed repudiat hereditatem, talem substitutio, & filius adeat, & si imisceat. Sed si decedat infra pupillarem atatem, admittitur substitutus ex tacita pupillari, argumento text. in d. l. fin. C. de infit. & substitut. licet contrarium tenet Aiber. post Guillelm. in rubr. huius tit. 2. 5. vers. sed pone, quod testator. Septimò inferno, quod substitutio pupillaris in uno tantum casu potest continere, vulgaris: Ut si testator instituit posthumum, & si nascatur, & decedat infra pubertatem, substituit alium, si non nascatur, admittitur substitutus ex vulgaris tacite ex causa impotentiae: similiter etiam potest admitti ex causa voluntatis, si nascatur & repudiat, vel se abstineat ab hereditate, argumento text. in d. l. fin. C. de infit. & substitut. & ibi tenet Bald. fin. col. num. 8. & communiter Doctor. facit etiam text. in l. ab hereditate, §. fin. ff. de legat. 1. & ibi notat Diinus, Bald. Imol. & communiter Doctor, text. in l. penult. ff. de vent. infit. & ibi tenet etiam Bart. in ista l. 1. 9. column. num. 3. 1. Aiber. in rubr. huius tit. 16. column. in fine. num. 33. qui dicit quod ita fait consultum, in questione de facto, per dictissimos viros. Octavò inferno, quod si testator instituit filium heredem, & si infra pupillarem atatem deceperit, substitutus Titum: & si Titus sine liberis decedat, substitutus sibi Seium, & contingat quod Titus pupillariter substitutus decedat in vita pupilli, & postea decedat pupillus in pupillari atate, admittitur Seius, & erit pupillo substitutus pupillariter, loco primi, ita probat text. notabilis in l. quardiu. institutus vers. is autem, ff. acquir. hered. & ibi tenet Bartol. fin. quæst. Bald. Angel. Imol. Paul. Cumani, & communiter Doctor, dicentes, esse singulariter quotidianum, & menti tenendum, Jafon. in ista l. 1. 5. column. n. 2. 8. Alex. 1. volum. conf. 1. licet contrarium velit Roman. in d. l. quardiu. Nonno inferno, quod substitutio exemplaris facta, & concepta

Nota 1.

Nota 6.

Nota 7.

Nota 8.

Nota 9.

Nota 2.

Nota 3.

Nota 10.

De substitutione Vulgari. Cap. III. 37

concepta in uno tantum casu furoris, extenditur ad alium, ita singulariter tenet Bald. in l. humanitatis, C. de impub. & alii. pen. colum. 4. quæst. & ibi Salic. pen. colum. & ante eos ita tenet expedit. Bart. Lex falso, infra isto tit. 6. column. & ibi communiter Doctor, & ex superioribus redditur validè dubius decisio text. in l. si ira quis, infra isto titulo, ubi habetur, quod si testator instituit filium suum impuberem heredem, & dixit, quod si infra decimum annum decesserit, Seius efficeret, & filius mortuus est post decem annos, autem quatuordecimum non succedit, nec admittitur talis substitutus nam cùm substitutio facta & concepta in uno tantum casu, extendatur ad alium, ut probavi, merito huc deberet extendi ad alium tempus, post decimum annum usque ad quatuordecimum. Sed fundamentaliter respondeo, quod in superioribus casibus, & similibus non repugnat mens, nec voluntas defuncti. Sed hoc nostro casu deficit voluntas defuncti. Imo aperiunt repugnat, quia ultra illud tempus noluit substitutus: & ille est verus, & realis intellectus ad illum textum, secundum Gloss. ordinariam Bart. Bald. Albert. Angel. Imol. Aret. Alexand. & communiter Doctores ibi, similiter etiam text. est in l. quis plures liberos, infra isto titulo, in l. ex facto, §. item quero, eodem titulo, utробique Doctor. facit etiam text. in l. maritus, Cod. de procurat. text. in leg. scatulib. & Stichum, ff. de legatis secundo.

11 Dubium nov.

Dubium tamen est, si hoc casu sub tali substitutione pupillari coarctata concineatur vulgaris tacita. & videatur quod non, quia tantum in plena substitutione pupillari totius temporis reperiatur continet: non vero in pupillari brevioris temporis, & in expresso ita tener Guillelm. in l. precibus, Cod. de impub. & alii substitut. in materia vulgaris substitutionis, quem refert Cumamus in d. l. fin. 1. quis, infra isto titulo, sed contrarium, & melius tenet ibi Imola, Alexand. Jafon, & communiter Doctor, quia illa est vera, & proprietas pupillaris, licet tempore sit coarctata, ut infra illud tempus habeant locum omnia quae sunt disposita in substitutione pupillari plena, & expressa totius temporis.

12 Vulgaris substitutio expressa in genere.

Alia & tercia est substitutio vulgaris expressa in genere, ut illa que continetur in compendiosa vel breviiloqua, nam in illo genere verborum ceteris comprehensa, & habet effectus substitutionis, expresso ita probat text. in l. Lucius, infra isto titulo, & ibi tenet & declarat Bartol. 3. column. 1. quæst. principali. & communiter Doctores, idem Bartol. in ista l. 1. 2. column. & 2. quæst. idem Bartolus, & communiter Doctores in l. precibus, Cod. de impub. & alii substitut. Faber, Angelus, & communiter Doctores, in §. quareatione, substitut. de pupl. substitut.

13 Vulgaris tacita.

Alia & quarta est substitutio vulgaris omnino tacita, ut est illa, quæ comprehenditur sub expressa pupillari: nam si filius impubes, cui est facta substitutio pupillaris, repudiat hereditatem, admittitur substitutus, virtute tacita substitutionis vulgaris, comprehensa in pupillari: non tam ex vi, & natura verborum, sed ex tacita, & presumpta mente defunctorum, & legis extensione, text. est in l. jam hoc iure, infra isto titulo, cuius verba sunt. Nam hoc utitur, ut cum pater impuber filio in alterum casum substitueretur, in utrumque casum substitutio intelligatur: si filius heres non exiret, & impubes deceperit, quod ibi notat, & commendat Glossa ordinaria Bart. Albert. Bald. Paulus, & communiter Doctores, text. in l. eti fine, §. sed quod Papinianus, eod. tit. text. in l. 4. §. 1. ff. de fideicommiss. lib. & idem

¹⁴
Eff. eti
& natu-
ra sub-
stitutionis
vulgaris,

est quod quando filius institutus potest abstensionem suam infra triennium revocare juxta textum cum materia, in l. final. C. de repud. hered. ex quo deducitur & inferatur quod regula, quæ habet, quod quando est spes institutionis, non admititur substitutus, ut in l. quamduam, l. i. ff. de acquir. hered. cum similibus debet intelligi, quando est spes de jure communii ordinarii, secus verò si de jure speciali, & beneficio restitutionis, in diutius iuribus, & in terminis ita tener, & declarat Doctores: ergo tollitur transmissio in legatis, & fiduciis particularibus, textus est in l. si legit. C. de legar. & ibi notant, & commendant Doctores: ergo tollitur transmissio, quæ sic ex potentia suicit. Et istam sententiam & conclusionem tenet Glossa ordinaria in leg. Papinius, §. quarta autem, ff. de inoffic. testam. & ibi communiter Moderni præcipue Socin. 19. column. 4. quæst. principal. idem Bart. in dicta l. quamduam la. i. ff. de acquir. hered. & ibi Paul. Imol. Alexander. Jas. & communiter Doctores.

15
Substitu-
tio vul-
garis an-
tollat ful-
tatem.
Ratio. 1.
